Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



diligent sanctos qa dies domini sic
fiet. ita in nocte venient. Cum en
dixerint pax et securitas. tunc
repentinus eis superuenet in
eterius sicut dolor in utero habentis
et non effugient. Vos autem fres non
estis in tenebris ut vos dies
illa tanquam fur comprehendat.
Omnes enim vos filij lucis estis
et filij diei. Sancti Johannis.

Nullo t. Die do. i. d. s. Filio
li adhuc modicum ego vobiscum
sum. Quaeretis me et sicut dixi
iudeis. quo ego vado vos non
potes venire. Et vobis dico modo.
Mandatum nouum do vobis ut
diligatis inuicem sicut dilexi vos.
ut et vos inuicem diligatis. In
hoc cognoscent omnes quia mei
estis discipuli. si dilectionem
habueritis ad inuicem. Dixit ei
simon petrus. Domine quo va
dis. Respondit ihs. Quo ego va
do non potes me modo sequi.
sequeris autem postea. Dominica

Vocem iocunditatis quia
annunciate et audiat alla
luia nunciate usque ad extremum
terre liberauit dominus populum suum alla
alla. Ps Iubilate deo omnis terra psal
mum dicite nomini eius date gloriam lau
Deus qui aquo bono. Deus.
Oratio omnipotens preduc largi
re supplicibus tuis ut cogitemus
te inspirante que recta sunt. et
te gubernante eadem faciamus.
Per. Lectio epistole beati Jacobi apli.

Fratres. Estote factores verbi
et non auditores tantum fallen
tes vosmetipsos. quia si quis audi
tor est verbi et non factor. hic com
parabitur viro considranti. vultum
nativitatis sue in speculo. Con
siderauit enim se et abiit. et statim
oblitus est qualis fuerit. Qui
autem prospexerit in lege perfecta li
bertatis. et permanserit non au
ditor oblitiosus factus sed
factor operis. hic beatus in
factis suis erit. Si quis autem pu
tat se religiosum esse. non refrenans
linguam suam. sed seducens cor suum.
huius vana est religio. Religio
munda et immaculata apud deum
et patrem hec est visitare pupillos
et viduas in tribulacione eorum.
et immaculatum se custodire ab
hoc seculo. Alla. In cione. Alla. Ps O

lxxxx

portebat xpm pati et resurgere a mor
tuis et ita intrare in gloriam suam. Ps.

Nullo t. D. do. i. d. s. Johan.
Amen amen dico vobis. Si quid
petieritis patrem in nomine meo
dabit vobis. usque modo non
petistis quicquam in nomine meo.
Petite et accipietis. ut gaudium
vestrum sit plenum. Hec in proverbis
locutus sum vobis. Venit hora
ut iam ita non in proverbis loquar
vobis. sed palam de patre meo an
nunciabo vobis. In illo die in
nomine meo petetis. Et nunc dico
vobis. quia ego rogabo patrem de
vobis. Ipse enim pater amat vos. qa